

et igni comburentur. Sic erit in consummatione seculi. Mittet filius hominis angelos et colligent de regno eius omnia scandala. id est eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in furnum ignis ibi erit fletus et stridor dentium. tunc iusti scilicet qui verbum dei audierunt et fructum bonorum operum fecerunt fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. **Sexto** per verbum dei cor eternum suum beatificatur. **Apo. i.** Beatus qui legit et audit verba prophetie huius et seruat ea quae in ea scripta sunt. audi o popule qualiter per verbum dei beatificaberis quoniam audis et cogitas de statu huius mundi quanta ibi est vanitas quanta iniquitas quanta fraus et dolus tunc cor tuum deficiet per eternam et miseriam quae est in eo. **Ecc. ij.** Tunc dies hominis doloribus et erumis pleni sunt nec per noctem mente quiescit. Et cum audis verbum dei et dicitur quod mundus et omnia mundana malum finem habebunt et alia vita succedat in qua est eternitas caritas gaudium pax et omnia bona statim omittis mundum et anhelas ad illam vitam et amore illius libenter facis omnia quae potes ut illuc pervenias et sic consolationem recipis et beatitudinem iam habes in spe quam postmodum habebis es in re. **Ioh. dicit.** propheta ad dominum. Memor esto verbi tui servo tuo. q. d. verbum tuum libenter audiui et ideo spem recepi per quam consolatus et spiritualiter vivificatus sum. verbum eius dei diligenter auditum et in opere custoditum pervenit ad vitam eternam in qua est nulla miseria sed beatitudo perfecta. **Ioh. vi.** Domine ad quem ibimus verba vite eterne habes. ad quam vitam nos perveniat qui sine fine vivit regnat Amen.

Feria sexta. post Octavam Simeonis.

Ihesus fatigatus ex itinere sedebat sic super fontem. **Ioh. iij.** Duo huius tanguntur. Primum est assumptae defectibilitatis gravamen. Secundum est eiusdem gravaminis modicum sublevamen. primum ibi. Iesus fatigatus. secundum ibi. sedebat sic super fontem. pondera quod dicitur sic id est fatigatus sedebat. id est autem sedebat ut modicum quiesceret. **Nota** quod legitur Christus sedisse ad instar mendicis egentis. instar magistri docentis et instar regis regnantis et sedebat ad instar iudicis sententiantis. **Primo** dico quod sedebat ad instar mendicis egentis. **Jeremie. xv.** Solus sedebam quia amaritudine implevisti me. Mendicis debiles non possunt alios mendicos sequi. sed soli vadunt et cum veniunt ad locum ubi medicare volunt sedent ad hostium prelassitudinem. Sic Christus solus sedebat super fontem fatigatus ex itinere discipu-

li autem abierunt in ciuitatem vt cibos emerent. **christus** fatigatus
sedebat ad manducandum. **¶** vñ hoc qđ **christus** legitur fatigatus fu
isse et non discipuli. **Puto** ppter hoc quia naturam habuit magis
delicetam vel forsitan ppter hoc quia discipulis quiescentibus in no
ct: ipse laborabat in oraciōibus vigilando. quia sepe solebat in orō/
ne pernoctare. **Sic** ergo sedebat ad instar mendicantis. **¶** nota qđ mendi
ci debiles vt cicius flectant animos diuitum ad dandum. solent se
dere. modicum petere. in clamat non desistere. mercedem subiun
gunt. **Sic** **christus** sedebat sup fontem fatigatus ex itinere. **O** mi
ra res ille qui est virtus dei et sapientia qui portat omnia verbo vir
tutis sue qui celum et terram sustentat potēcia sua a quo est omnis
requies. **¶** Ille ppter nos fatigatus est in nostro seruicio. **ysa. xliij. ser**
uire me fecisti in peccatis tuis. Ecce ipse fatigatus est i tuo seruicio
fatigare etiā tu in suo seruicio. frequēta ecclesiā. curre ad sermōez
surge in nocte. ieiuna sepe ne impro pando dicat tibi **christus** i die
iudicij illud **ysa. xliij. Inuacuū laboraui sine causa et vane consum**
pfi fortitudinē meā Item modicū petiuit scz vnū haustū aque da i
quit ad mulierem mihi bibere. non rogauit p ydria aque s p vno
haustu aque. **Cogita** hic qđ pauper fuit xps qui vnum haustū aque
habere non potuit nisi mendicaret. **Ecce** qui vinum in vite et omnes
aquas maris fecerat tm de aqua habere nō poterat nisi mendica
ret. **Ecce** qui vinū in vite et omnes aquas fecerat tātuz de aqua ha
bere non poterat qđ sitim desiceret. **¶. Cor. nono. Scitis** gratiam
domini nostri ihu **christi** quoniā ppter nos egenus factus est cū es
set diues vt illius inopia diuites essetis. **¶** Item in clamat mendica
re nō desistit. **Mulier** cum mendicantes in clamaui et dixit. quō tu
iudeus cum sis tu poscis a me bibere que sum mulier samaritana
Puto qđ sine verecundia verba illa non sustinuit licet patienter su
stinuerit. **¶** Unde potuit dicere illud **Psalmiste. Propter te oppro**
bria sustinui operuit confusio faciem meam. **Iheu** quot adhuc in
mundo sunt imitatores huius samaritane qui pauperes claman
tes imo ihesum **christum** qui in persona pauperum stat ad ianuaz
solent in clamarē. non attendētes qđ quicquid pauperibus faciunt
qđ hoc **christo** faciūt. **Matth. xxv. Quod vni ex minimis meis feci**
stis mihi fecistis Item mercedem subiunxit ppter quod dixit. **Si** sci
res donū dei et quis est qui dicit tibi da mibi bibere tu forsi. pe. ab eo

j n

inf de clama

et dedisset tibi aquā viuā. **¶** Si diceret. si attenderes mercedem quam dominus daturus est tibi nunc quod denegares modicum aque. **¶** Christus medicando subiunxit mercedem sicut medici faciunt quando dicunt detis panem ut deus det vobis vitam eternam. **¶** Attende auare qui diceret tibi da unum denarium argenti et recipies marcā auri libenter faceres et non vis dare frustum panis ut recipias regnum eternum **Thobie. iij.** Si multum fuerit tibi abundanter tribue si exiguum fuerit tibi exiguum libenter imptiri stude. **¶** premiū enim bonum thesaurizas tibi in die necessitatis quoniam est ab omni peccato et a morte liberat et non patitur aiaze ire ad tenebras. **¶** Secundo sedet instar magistri docētis **Matth. v.** Cum sedisset ibi accesserunt ad eum discipuli eius et apostoli. **¶** os suū. **¶** eos. **¶** Ecce sedet tanquam magister **Aug.** Sedēs docebat quod pertinet ad dignitatem magister. **¶** Non quod iste magister est sapientissimus. **¶** ps. Magni dominus et magnus vir. **¶** et. **¶** Item est mansuetissimus **Matth. xi.** Discite a me quia mitis sum et humilis corde. **¶** Item quantum ad doctrinam vtilissimus. **¶** Non enim docet ea que spectant ad transitoriam vanitatem sed ea que ad anime salutem **Matth. xxij.** Magister scimus quia verax es et via dei in veritate. **¶** Libenter scolares consueverunt accedere ad magistros qui sunt sapientes et mansueti et quorum doctrina est utilis ita et nos accedamus ad hunc magistrum qui est sapientissimus mansuetissimus et cuius doctrina est vtilissima. **¶** ps. Accedite ad eum et illuminamini et facies vestre non confundentur. **¶** Accedite inquit ad eum et illumina. ecce sapientia et facies vestre non confundentur. ecce mansuetudo quia non solet inclamare discipulos. **¶** Iste pauper clamauit et dominus exau. **¶** et ex omnibus tribulationibus sal. cum. **¶** Ecce utilitas. **¶** Tercio sedet instar regis regnantis **hebreo. i.** Qui est sit splendor glorie et figura substantie eius potest omnia ver. vir. super. p. p. f. sed. ad dexteram maiestatis in excelsis. sedet utique tanquam rex. **¶** ps. Sedebit dominus rex in eternum. **¶** Nota quod christus est rex potentissimus **Job. ix.** Si fortitudo queris robustissimus est ideo omnes sibi subiectos protegere poterit. **¶** ps. Sub umbra alarum tuarum protege me a facie impiorum. **¶** Item est ditissimus. **¶** ps. Gloria et diuicie in domo eius ideo in regno eius nulla erit penuria **Deut. viij.** Dominus deus tuus introducet te in terram bonam ubi absque penuria comedes panem tuum ut rerum omnium abundantia profueris. **¶** Item est liberalissimus **Matth. vndecimo.** Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis et ego reficiam vos. **¶** ideo mercedem

condignā dabit Apocaliphs vi. Ecce venio cito et merces mea mecum est reddere unicuique iuxta opera sua. Quarto sedebit ad instar iudicis sententiantis. Math. xxv. Cum venerit filius hominis in maiestate sua et omnes angeli eius cum eo tunc sedebit in sede maiestatis sue et con. ad eum omnes gentes. Nota qd in hoc iudicio erit iudex potentissimus. p. Regū secundo. Dominū formidabunt omnes auersarij eius et sup ipsos in celis tonabit dominus iudicabit fines terre. Item erit ibi causa iudicij manifestissima. ij. Cor. ii. Nolite ante tempus iudicare quousqz veniat dominus qui illuminabit abscondita tenebrarū et manifesta. conf. cordium et tūc laus erit unicuiqz a deo Item sentēcia eius erit strictissima et quo ad bonos et quo ad malos Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Ecce sentēcia de reprobis. s. ad bonos dicitur Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis patum est a constitucōne mundi Qd regnum nobis concedat ih̄s xp̄s. Amen.

Dominica letare. Sermo.

Letare ierusalē et conuētum facite omnes qui diligitis eaz gaudete cum leticia qui in tristitia fuistis vt exultetis et saturemini ab vberibz consol. eius Verbum istud sumptuz est ab ysa. capi. ultimo. Ne penitētes pre labore quadragesimalis abstinentie deficiant et ex consideracōe multiplicis culpe desperent. id hic in media quadragesima recreacōis solaciuz interponit. qz qd caret alterna requie durabile nō est In quibz verbis mat̄ eccl̄a circa filios suos qtuor facit. Orio a penitētibz despacōem tollit euz dicit. Letare iherlm. i. si delis aima et noli despare. Secdo adiutorū petit cū dicit. et ouentū facite omnes. i. ouenite omnes q diligitis eaz. q. d. O vos omnes q ii diligitis salutē anime penitētis. s. hoēs boni in mundo et bti in celo et sancti angeli ouenite vt eā vris orōribz adiuuetis. Tercio bonos ad solationē inuitat cū dicit. gaudete cum leticia q in tristi. fu. q̄si dicit. q pus fuistis turbati ad lapsum p̄ccōris gai. deatis modo ad eius penitēciā. Quarto causaz solacōis inducit cum dicit. vt exultet. x. q. d. opassi fuistis p p̄ccm turbatis. igitur congratulami p penitēciā solatis di. ergo leta. ieru. Nō q. iij. genera hoīm in hoc mūdo letari dñt. letare o p̄ccōr at tēdēs dei lōganitatē. i. patiaz in hac vita ad pniāz obruātē. letaē o penitēs attēdēs dei bonitatē tibi oīa p̄ccā o donātē. letaē o sbulate